6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Johann Georg Pritius.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 30.07.1720

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-8520

an Dr. Pritzen.

1720. 30. VII. A 174.

99

Vir summe Reverende,

Suavissimas tuas prid. Cal. Jul. a. c. ad me datas ~~heri~~ is ipse, cuius gratia scriptae et cui abs te commissae fuerant, heri in manus mihi tradidit, adolescens nempe ipsa facie bonam indolem prae se ferens, et tua commendatione egregie ornatus. Quantum in me est, Parentis honoratissimi filiique honestis desideriis et ~~meoque~~ meo erga te officio satisfacere studebo, quo non modo conservet, quae tuis consiliis, adhortationibus, ductu bona debet, sed etiam incrementa in iis gratia Dei apud nos capiat. De pecunia a nonnullis hominibus probis apud vos in subsidium Missionis Malabaricae collata quid agendum sit, inserta huic epistolae schedula docebit. Licet causa communis sit, meo tamen etiam nomine quaeso ~~te~~ gratias agas, occasione ita ferente, singulis, quibus res ecclesiae ita cordi fuit, ut in remotissimis illis locis eam adiuvare suis opibus non gravarentur. Concionis, de qua scripsisti, exemplar aliquod mitto. De mirabili autem illius effectu, de quo scribis, nondum ego quidquam intellexi. Huic alias conciones nuper editas, una cum tractatu Comitis Henckelii a nobis editis, adiiciendas putavi. Tu a. aequi bonique omnia consulas. Urlspergerus vocatus quidem est in aulam Comitis Hoenloyensis, verum quo minus vocationem sequi possit, a Principe suo, oblato nunc tandem ~~et~~ Specialis, ut ibi vocatur, munere prohibetur. Vale et in negotio Domini alacrius in dies ~~alacriter et strenue, quod facis~~ perge, quo ipse et me et plures alios ad piam aemulationem excitabis. Simus Domino nostro servi fideles; habemus enim bonum Dominum, qui respicit in servos suos, et in opera sua et dirigit suos eorumque consilia. Dab. Hal. d. 30. Jul. 1720. Tui Rev. Dign.

addictissimus

AHFrancke.